autem vir dei. ad hely. et ait ad eum. Hec dicit
dominus deus. Numquid non aperte revela
tus sum domui patris tui. cum essent in egi
pto in domo pharaonis. et elegi eum ex omni
bus tribubus israel. mihi in sacerdotem. ut ascenderet
ad altare meum. et adoleret michi incensum.
et portaret coram me ephod. et dedi do
mui patris tui omnia de sacrificiis filiorum
israel. Quare calce abiecistis victimam meam.
et munera mea que precepi ut offerrentur
in templo. et magis honorasti filios tuos
quam me. ut comederetis primitias omnis sa
crificii israel populi mei. Propterea ait dominus
deus israel. Loquens locutus sum. ut domus
tua. et domus patris tui ministraret in
conspectu meo usque in sempiternum.
Nunc autem dicit dominus. absit hoc a
me. Sed quicumque honorificaverit me glo
rificabo eum. qui autem contempnunt me
erunt ignobiles. Ecce dies veniunt et pre
cidam brachium tuum. et brachium domus
patris tui. ut non sit senex in domo tua.
et videbis emulum tuum in templo. in uni
versis prosperis israel. et non erit in domo tua se
nex omnibus diebus. Verumtamen non auferam
penitus virum ex te ab altari meo. sed ut defici
ant oculi tui et tabescat anima tua. et ma
gna pars domus tue morietur. Cum ad
virilem etatem venerit. Hoc autem erit
signum tibi. quod venturum est duobus filiis
tuis ophni et phinees. in die una morientur
ambo. Et suscitabo michi sacerdotem fidelem
qui iuxta cor meum et animam meam faci
et. et hedificabo ei domum fidelem. et ambu
labit coram christo meo cunctis diebus. Futu
rum est autem ut quicumque remanserit in
domo tua. veniat ut oretur pro eo. et offerat
nummum argenteum et tortam panis. di
catque. Dimitte me obsecro ad unam partem
sacerdotalem. ut comedam bucellam panis.
III Puer autem samuel ministrabat domino
coram heli. et sermo domini erat preciosus.
In diebus illis non erat visio manifesta. Fac
tum est ergo in die quadam. heli iacebat in loco
suo. et oculi eius caligaverant. nec poterat
videre lucernam dei. antequam extingueretur.
Samuel autem dormiebat in templo do
mini. ubi erat archa dei. Et vocavit do
minus samuel. qui respondens ait. ecce ego.
et cucurrit ad heli et dixit. Ecce ego. vocasti
enim me. qui dixit. non vocavi te. revertere et
dormi. Et abiit et dormivit. Et adiecit dominus
rursum vocare samuel. consurgensque
samuel. abiit ad heli et dixit. Ecce ego quia
vocasti me. qui respondit. non vocavi te fili
mi. revertere et dormi. Porro samuel necdum
sciebat dominum. neque revelatus fuerat
sermo domini ei. Et adiecit dominus et

vocavit adhuc samuel tertio. Qui consurgens
abiit ad hely. et ait. Ecce ego quia vocasti me.
Intellexit igitur hely quia dominus vocaret
puerum. et ait ad samuel. Vade et dormi.
et si deinceps vocaverit te. dices. Loquere do
mine quia audit servus tuus. Et dixit dominus
ad samuel. Abiit ergo samuel. et dormivit
in loco suo. Et venit dominus et stetit. et voca
vit sicut vocaverat secundo. samuel. sa
muel. Et ait samuel. loquere domine quia audit
servus tuus. Et dixit dominus ad samuel. Ec
ce ego facio verbum in israel. quod quicumque au
dierit tinnient ambe aures eius. In die il
lo suscitabo adversum heli. omnia que locu
tus sum super domum eius. Incipiam et complebo. Pre
dixi enim ei quod iudicaturus essem domum
eius in eternum propter iniquitatem. eo quod no
verat indigne agere filios suos. et non corri
puit eos. Idcirco iuravi domui heli. quod non ex
pietur iniquitas domus eius. victimis et
muneribus usque in eternum. Dormivit autem
samuel usque mane. aperuitque hostia domus
domini. Et samuel timebat indicare visionem
heli. Vocavit ergo hely samuelem. et dixit.
samuel fili mi. qui respondens ait. presto sum.
Et interrogavit eum. Quis est sermo quem locutus
est dominus ad te. oro te ne celaveris me. Hec
faciat tibi deus et hec addat. si absconderis a me
sermonem ex omnibus verbis. que dicta sunt tibi.
Indicavit itaque ei samuel universos sermones.
et non abscondit ab eo. Et ille respondit. dominus
est. quod bonum est in oculis suis faciat. Crevit
autem samuel. et dominus erat cum eo. et non
cecidit ex omnibus verbis eius in terram. Et
cognovit universus israel a dan usque bersa
bee. quod fidelis samuel propheta esset domini.
Et addidit dominus ut appareret in silo.
quoniam revelatus fuerat dominus samueli
in silo. quoniam revelatus fuerat iuxta ver
bum domini. Et venit samuelis sermo
in universo israel. Factum est in diebus illis. IIII
convenerunt philistiim in pugnam. Egres
sus est namque israel obviam philistiim
in prelium. et castrametatus est iuxta lapidem
adiutorii. Porro philistiim venerunt in
aphec. et instruxerunt aciem contra is
rahel. Inito autem certamine terga vertit
israel philistiis. et cesa sunt in illo certami
ne passim per agros quasi quatuor milia
virorum. Et reversus est populus ad castra.
Dixeruntque maiores natu de israel. Quare per
cussit nos dominus hodie coram phili
stiim. Afferamus ad nos de sylo archam
federis domini exercituum sedentis. et veni
at in medium nostri. ut salvet nos de manu
inimicorum nostrorum. Misit ergo populus in sylo
et tulerunt inde archam federis domini
exercituum sedentis super cherubin. Erantque

[illegible] cherubin



duo filii ely cum archa federis domini ophni
7 finees. Cumque uenisset archa federis dn̄i
in castra uociferatus ē ōis isrl'. clamore
grandi. 7 personuit terra. 7 audierunt fi
listiim uocem clamoris. dixeruntque. que
nam hec uox ē clamoris. in castris ebreo
rum. 7 cognouerunt qđ archa domini
uenit in castra. timueruntque philistiim
dicentes. Venit deus in castra. 7 ingemue
runt dicentes. Ve nob. nō enim fuit tanta
exultatio heri 7 nudius tertius. Ve nob.
quis nos obseruabit đ manu deorū subli
mium istorum. Hii sunt dii qui percusserūt
egiptum. ōi plaga in deserto. Confortamini 7
estote uiri philistiim. ne seruiatis hebreis
sicut illi seruierunt uob. Confortamini 7 bellate. Pugna
uerunt ḡ philistiim. 7 cesus ē isrl'. 7 fugit unusquisque in tabna
culum suū. 7 facta ē plaga magna nimis. 7 ceciderunt de
isrl'. xxx. milia peditū. 7 archa dī capta ē. duo quoque filii heli
mortui sunt. ophni. 7 finees. Currens autem
uir de beniamin ex acie uenit in sylo. In
die illo scissa ueste. 7 conspersus puluere.
capud. Cumque ille uenisset. hely sedebat sup
sellam. contra uiam spectans. Erat enim
cor eius pauens pro archa domini. Vir
autem ille postquam ingressus ē urbem. nun
tiauit. 7 ululauit ōis ciuitas. 7 audiuit
heli sonitum clamoris. dixitque. quis ē
hic sonitus tumultus huius. at ille festina
uit 7 uenit. 7 nuntiauit hely. hely autem erat
nonaginta 7 octo annorum. 7 oculi eius
caligauerant. 7 uidere non poterat. Et
dixit ad hely. ego sum qui ueni de prelio
7 ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait.
quid actum ē fili mi. Respondens autem ille
qui nuntiabat. fugit inquid isrl' corā
philistiim. 7 ruina magna facta ē in pplo.
Insuper 7 duo filii tui mortui sunt. oph
ni. 7 phinees. 7 arca dei capta ē. Cumque
nominasset ille archā dei cecidit de sella
retrorsum iuxta hostiū. 7 fractis ceruicib
mortuus ē. Senex enim erat uir. 7 gran
deuus. 7 ipse iudicauit isrl'. xl. annis.
Nurus autem eius uxor phinees preg
nans erat. uicina que partui. 7 audito
nuntio qđ capta eēt archa dei 7 captus
ē 7 mortuus ē socer suus 7 uir suus. incuruauit se
7 peperit. Irruerant enī in ea subito dolo
res. In ipo autem momento mortis ei.
dixerunt ei que stabant circa eam. ne
timeas quia filium peperisti. que nō respondit
eis. neque enim animaduertit. 7 uocauit
puerum hycaboth. dicens. Trans
lata ē glā domini dei isrl'. quia capta ē
archa dei. 7 pro socero suo. 7 pro uiro suo.
7 ait. translata glā ab isrl'. eo qđ eēt cap
V ta archa dei. Philistiim autem tulerūt
archam dei. 7 asportauerūt eam a lapid

adiutorii in azotū. tuleruntque philistiī
arcam dei. 7 intulerunt eam in templū
dagon. 7 statuerunt eā iuxta dagon. Cumque
surrexissent diluculo azotii. altera die ecce
dagon iacebat pronus in terra ante ar
cam domini. 7 tulerunt dagon. 7 restitu
erunt eum in locum suum. Rursumque
mane die altero consurgentes. inuene
runt dagon iacentem. super faciem suā
in terra coram archa domini. Capud autē
dagon. 7 due palme manuum eius ab
scise erant super limen. porro dagon
truncus solus remanserat. in loco suo.
Propter hanc causam. nō calcant sacerdotes da
gon. 7 ōs qui ingrediuntur templū eius. super
limen dagon in azoto usque in hodiernū
diem. Aggrauata ē autē domini sup azo man
tos 7 demolitus ē eos. 7 percussit in secre
tiori parte natiū azotum. 7 fines eius. 7
ebullierunt uille. 7 agri. in medio regio
nis illius. 7 nati sunt mures. 7 facta est
confusio mortis magna in ciuitate. Vi
dentes autem uiri azoti. huiusmodi
plagam dixerunt. Nō maneat archa
dei isrl' apud nos. quoniam dura ē manus
eius super nos. 7 super dagon deum
nostrum. Et mittentes congregauerūt ōs
satrapas philistinorum ad se. 7 dixer
quid faciemus de archa dei isrl'. Illis autē Responderunt
circumducentib; eam fiebat manus do que getheī sunt circumducatur
mini sup per singulas ciuitates. inter archa dī
fectiōēs magne nimis. 7 percutiebat isrl'. Et circum
uiros uniuscuiusque ciuitatis. a paruo us duxerunt
que ad maiorem. 7 computrescebāt pro archam
minentes extales eorum. Inieruntque ge dei
thei consiliū. 7 fecerunt sibi sedes pelli isrl'
ceas. Miserunt ergo archā domini in acha
ron. Cumque uenisset archa domini in acha
ron. exclamauerunt acharonite dicē
tes. Adduxerunt ad nos archā dei isrl'.
ut interficiat nos 7 populū nostrum.
Miserunt itaque 7 congregauerunt ōs
satrapas philistinorum. qui dixerunt
dimittite archam dei. 7 reuertatur in locū
suū. 7 nō interficiat nos cum pplo nr̄o.
Fiebat enim pauor mortis. in singulis
urbib; 7 grauissima ualde manus domi
ni. Viri quoque qui mortui nō fuerant. per
cutiebantur in secretiori parte natium.
7 ascendebat ululatus uniuscuiusque ciui
tatis in celum. Fuit ergo archa domini in VI
regione philistinorum. vii. mensibus
7 post hec uocauerunt philistiim sacer
dotes. 7 diuinos dicentes. Quid faciem
de arca dei. indicate nob. quomodo re
mittemus eam in locū suum. Qui dixe
runt. si remittitis archam dei isrl' noli
te dimittere eā uacuam. sed qđ debetis